

P R O O E M I V M.

gnificeq; aliena pro suis ostentare. Harum quidem collectionum ita nunc sunt plena omnia, vt quod quisque legit, vix recte cognitum, imo ne vix quidem, edat, atque speciosis titulis diuulget. Methodicas vero rationes, quæ & breues & explicatae esse debent, per pauci proferunt, etiam si inscriptiones librorum magis splendide quam vere hoc pollicentur. Sed non libet exagitare seculi nostri miseras: neque quid de meis scriptis exiguis illis quidem, verum viam rectam compendio monstrantibus, sentiendum sit, prescribere, praesertim cum hoc non tam in mea persuasione, quam in aliorum iudicio possum sciam. De Montanicis autem affirmare atque confirmare possum, vix ullius scripta (pace eruditorum omnium, quos veneror, dixerim) maiori evidentia doctrinam veterum in lucem & conspectum reducere, ac verius, quæ sit recta docendi, discendi, exercendiq; artem Medicam methodicè ratio, ostendere. Nam cum is vel artem docet, vel eius usum propositis exemplis monstrat, ita absolute & perspicua breuitate omnia comprehendit, vt nihil his, quæ profert, vel adiungi, vel detrahi, absque de prauatione posse videatur. Hoc vero non velim ita à me accipi, tanquam omnia quæ vel dixit, vel scripsit Montanus, summam perfectionem consecuta esse putem, aut ea cuncta, quæ extant, atque illius nomine circumferuntur, Montanica esse mihi persuadeam. Fateor, in rebus humanis vix quidquam reperiri posse omnibus numeris absolutum, neque naturam ferre, vt idem uniuersi sentiamus per omnia, multasq; mutaciones, vt in reliquias partes vitae, sic etiam iudicij atque sententiarum propositum incidere. Sed si cum aliorum scriptis, qui post Hippocratem & Galenum sua emiserunt, vox Montani conseruantur, apparebit certè multo felicius eum sua à veteribus translusse, atque in ordinem & Methodum redegissee, quantusq; non solum Medicus, verum etiam Philosophus fuerit, οὐδιάγονα, quam alios plurimis scriptis accuratis & studiosè perpolitis ostendisse. Extant multorum libri egregij, qui puritate sermonis atque elegantia, diligentia compositionis, collationisq; sententiarum Montanica longè sua perant: atque in his non superioris tantum, sed nostræ quoque etatis doctissimorum hominum scripta numero. Qui vero ea perspicuitate veteribus lumen praetulerit, qui filium Methodi ita monstrauerit atque tenuerit, vt neque Montano conferri posse neminem conseco, ita quem ei preferam non reperio. Atque hoc non tam de scriptis quibusdam editis, quæ certo scio Montanum non probaturum fuisse, statuo, quam ex diuinâ docendi atque interpretandi cœgycœ, quæ si non omnibus, permultis tamen eius auditoribus nota est. Hos igitur appello, hos mei iudicij testes mihi cito. In scriptis diuulgatis, vt multa ac potius plurima ab æquis & iniquis lectoribus requirantur, in manu non est mea, neque mihi præstandum. Verumtamen qui hæc ideo repudianda esse putet, quod in illis summa perfectio interdum desideretur, & nihil nisi tanquam τετράγωνος όγδοος Φόρμη probandum esse existimet: ille in rebus humanis vix quicquam probandum reperiet, nec ullam securitatem atque approbationem, si sua protulerit, sibi de aliorum iudicio polliceri poterit. Cum igitur (sive hoc recte, sive non recte) posteaquam à veterum, in primis vero Hippocratis & Galeni scriptis (ad quæ lumine exiguo meo viam monstrare sum conatus, & etiamnum conor) discessi, primum locum Montanicis tribuam: pro mea in publicam utilitatem propensione singulari, ante annos sex secundam Centuriam Consultationum illius foras dedi. Etsi vero in ijs describendis adiutus opera Ioachimi, Ioachimi Camerarij F. Medicæ artis Doctoris eximij, virtute,